Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De officiis - Cod. Aug. pap. 30

Cicero, Marcus Tullius

[Reichenau], 1466-1467

Carmina

urn:nbn:de:bsz:31-91023

Visual Library

tibique persuade te mihi quidem esse carissimum sed multo fore cariorem
si talibus monumentis preceptisque letabere.

Anno lxxviij basilee in die mathie finitus

Tulius hesperios cupiens componere mores
Edidit hos libros appellans officiorum.
Quo solo fretus potuitque furor catiline
Consilio superando istos divertit ad urbem.
Lux orbis patrieque salus mens tota senatus
Hic plus sole micat ceciatque per terr honestum.

Versus xii sapientum s. basilii. Asmenii. Vomanii. Eu-
sebii. Juliani. hilasii. palladii. Asclepiadii. Eustenii.
pompeliani. Maximini. et vitalis poete in epithaphio
M. Tulii Ciceronis.

Hic iacet arpinas manibus tumulatus amici — Basilius
Qui fuit orator summus et eximius
Quem nece crudeli mactavit civis et hostis
Nil agis anthoni scripta diserta manent
Vivent ne per nos ciceronis opus. at te
Tulius eternis voluminibus laceret

Corpus in hoc tumulo magni ciceronis humatum — Asmenius
Contegitur clarus qui fuit ingenio
Cuique malis civis hostis tutorque bonorum
Quo pene digna consule roma fuit
Set vigili cura deiectis hostibus urbem
Suppliciorum dato prestitit incolume.

Vir magnus rerum lumenque decusque senatus — Vomanius
Servator patrie conditor eloquii
Cuius ab ingenio tenuit illustrata per orbem
Nunc perlato lingua latina viget
Occidit indigne manibus laceratus iniquis
Tulius et tumulo subditus exiguo

Eusebius

Quicumque in libris nomen ciceronis adoras
Aspice quo tacitus conditus ille loco
Ille orator vel ciuis magnus in urbe
Clarus erat facie clarior eloquio
At neque fortuna viro nocuisse putetur
Viuit et eternum doctaque per ora volat
Maximus erat cicero toto notissimus urbe Julianus
Cuius eloquio retulit arma breuis
Depotea me patrie tempus ciuilis ademit
Eripui patriam qui prius eripuit
Si quis in hoc saxo tulli legis aduena nomen
Non dedigneris dicere mane vale
Tullius arpinas eques ordine natus equestri Hilasius
Et virtute sua consul in urbe fuit
Hic catelina malis coniuratisque nocentes
Senserat vigilem ciuibus esse suis
Hunc tamen o pietas tres occidere tiranni
At lamia ille pio supposuit tumulo
Qui tenet eloquii fastigia summa latini Palladius
Cui consul patriam cedibus eripuit
Cuique tamen suo vita dedit ense virorum
Tullius est et hac ipse sepultus humo
Set breuitas vite pensatur laude perenni
Quod mors eripuit gloria restituit
Tullius hic situs est venerabile nomen in euum est Asmenius
Clarus honore fuit clarus et ingenio
Que scelerata neci delicta arma tulerant dederant
Quod vindex patrie ille fidelis erat
Set nil infanda profecit cede tirannus
Ingenium viuit corpus inane perit

Eustenius

Romani princeps eloquii decus ordinis ampli
Maximus orator civis et egregius
Coniuratorum vindex hostisque malorum
Prosperitas periit artibus ille viris
Quid testis gravius quod detruncatus acerbe
Hoc lamne debet quo iacet in tumulo.
Doctrine antistes rerum memorandus auctor Pompelianus
Tullius ex una nobilis hic comis
Cui dedit excellens certis oratoria nomen
Virtute ingenii venit in astra sui.
Set fortuna nocens miserando funere raptum
Carpsit et hoc voluit membra iacere solo.
Eloquio princeps magnis memorabilis actis Maximinus
Tullius indigna sede peremptus obis
Terras omnipotens implevit nomine claro
Ingenium est corpore morte tacet.
Vivit et ingenti pollet tua laude per orbem
Cuius in hoc tumulo membra sepulta iacent.
Occisus hic Cicero latine pietate sepultus Vitalis
Quem fortuna neci tradidit immerito.
Maximus eloquio civis bonus urbis amator
Perniciesque malis perfugiumque bonis
Qui super acta gerens completis artibus annis
Servicio pressam destituit patriam

Appolonius rhetor grecus secundum plutarcum Te nempe Cicero et laudo et admiror set grecie fortune me miseret cum unica erudicionem et eloquenciam que sola bonorum nobis relicta erat per te romam accessisse v[ideo] l xx[i]